

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1612

25 De consensu, qui in e[m]ptione, & ue[n]ditio[n]e requirit[ur].

urn:nbn:de:hbz:466:1-14014

aliam quamquam pretiosam multo minoris, quam valet, eo quod ignorat preuum, vel gemmam, & Titius emperor sciens dicit: Ego à te emam tanti gemmam istam, si tu sponte mihi remittas, vel dones, si plures valuerit. Caietanus in *Summa* videtur asserere, licitum esse emere, nec emporem cogi ad aliquid aliud significandum venditori.

Sciendum est venditorem posse dupliciter de iusto rei pretio moneri. Aut verbis generatum conceptis, & dictis; ut si empator dixerit, plus valere rem, quam id, quod venditor petit, & nihil expresserit de iusto pretio rei: Aut verbis speciatim expressis; ut si empator dicat rem tanti valere, cum camen venditor minoris vendidisset.

Reuera quando venditor ignorat preuum rei, empator venditorem facere certiorum debet verbis, aut generatum, aut speciatim conceptis, quoniam vendito aliqui effet inuoluntaria ex parte ipsius venditoris, eo quod per errorem, vel in scitu rem vendit minoris, quam valeat; quod si compertum habuisset, aut non vendidisset rem, aut certe pretio maiori.

De consensu, qui in emptione, & venditione requiritur.

CAPUT. XXV.

AD substantiam emptionis, & venditionis necessarius venditor, & empotoris consensus, sine quo contrahit empotio non potest. In *venditionibus*. ff. *De contrahen. emptio*. l. 2. c. *eadem tit. & Instit. De emptio in principio*.

Si praesentes adhuc empotor, & venditor, utriusque consensus praesens simul requiritur, ut vero quia per numerum, vel per litteras contrahere queunt empotor, & venditor, vt docent *Glossa Bartolus*, & *Baldus*, *Salicetus*, alij in *L. Illud C. De sacrosan. Eccles.* tunc satis est, ut consensu praefetur per numerum, vel litteras, quamvis non uno, & eodem tempore. Finitur enim uno, & eodem tempore datus consensus; quam nuncius, vel Epistola iungit consensum. *Glossa in l. Consensu*. ff. *De actionibus, & obligat. Bartolus & Baldus in l. 1. ff. De contrahen. emptio*.

Primo queritur, An iustificat, si venditor dicat emptori: Volo tibi vendere fundum meum Cornelianum centum aureis; & empotor respondeat, & ego volo emere? Accutius in *l. In venditionis. C. De contrahen. emptio*. videatur innuere, esse tacitum consensum, & contractum esse, & perfectam venditionem.

Probat, quia venditio consensu contrahitur, & per verbum Volo, mandatum datur. l. 1. ff. *Mandati*, & fidei commissum relinquitur. *Instit. De singulis rebus per fidei commissio. reliq. ff. Verbo autem*.

Sed reuera oppositum est dicendum: quia his verbis, Volo tibi vendere, non venditores, sicut nec his verbis, voleo tibi donare librum meum, libertate donatur: nec si quis dicat, Volo in arborum ascendere, ascendet: nec qui vult Religionem profiteri, aut voleat, hoc ipso profiteretur, aut voleat. Nec ex eo, quod quis dicit, Volo baptizare, baptizat: nec si dicat, Volo Christi corpus conficeret, conficit, vel consecrat; quamvis in ultimis testatorum voluntibus verbum Volo, plenam dispositionem significet. *I. Pamphilo. ff. Propositum. ff. De legat. 3.* At si venditor dicat: Vendo tibi fundum meum Cornelianum centum aureis, si tu vis, & empotor responderet, emo si tu vis, venditio constituit; quia conditio ad praesens relata non suspendit actionem. l. *Itaque. ff. Si certum petatur*.

Secundum queritur, An si consensus per errorem praefetur, venditio valeat? Nihil tam contrarium consensui est, quam error. l. 2. ff. *De Iudic. l. Super errorem. ff. De iurisdiction. omnium ordinum. in l. In venditioni. ff. De contrahen. empto*. ita habetur: (Si igitur ego me fundum emere putarem Cornelianum, tu mihi te vendere Sem-

pronianum putas; quia in corpore diffensimus, empio nulla est. Item est, si ego me Styxum, tu Pamphium absentem vendere putas) *Glossa in ea loco, & in l. In omnibus negotijs. ff. De actionibus, & obligationibus*, docet in omnibus erroribus contrahendis posse errorum contingere in sex, vel septem rebus; videlicet vel in ipso corpore rei, vel in substantia, vel in quantitate, vel in qualitate, vel in contractu, vel in sexu, vel in nomine, vel in pretio.

Si error sit in substantia, vel corpore rei, nulla est emptio, ut si æs vendatur pro auro, vel plumbeum pro argento. l. *In venditionibus, proximè allata*.

Si erratum sit in quantitate, iure civili valet empio; sed supplenda est quantitas rei, ut si res vendatur in minus mensura vel pondere, vel numero quam empir exilaret. Agitur actione empir aduersus venditorem.

Si error fuerit in qualitate, substitutus quoque venditare civili; sed agitur actione empir aduersus venditorem, ut dannum relata: veluti, si empotor cedat esse melius argumentum quam sit. In l. *Aliter. ff. De contrahen. empto*. dicitur: (Aliter atque si aurum quidem fuerit, denius autem, quam empotor estimaret: tum enim valet empio. Item si quis vendident veteres vestes, veleaces pro nouis.)

Si erratum sit in sexu, tunc empio non valet, contra vero, si non sit in sexu error. In l. *Alioquin ff. De contrah. empto*. dicitur: (Quod si ego me virginem emere putassem, et si ego mulier, empio valebit, in sexu enim non est erratum. Ceterum, si cum ego mulierem, tu puerum emere existimat; quia in sexu error est, nulla empo, nulla venditio est,) sic ibi. Ergo actione empir ager empitor contra venditorem, ut dannum restituat: quia empotem putauit, seu emere virginem, non mulierem, hoc est corruptum.

Si empotor, & venditor in nomine dissident, sedia corpore, & substantia rei consentiant, constitutus empio; quia nihil facit error nominis, cum de corpore constat. l. *In venditionibus. ff. De contrahen. empione*.

Si erratum sit in precio, empio iure ciuili substitutus sed quia virtuta, corrigi debet: hoc est, si res est vendita plus, quam valeat, venditor minuere pretium cogitur. Si minor est, empotor supplere, & augere pretium debet. Si in ipso contractu empotor, & venditor minime consentiant, non valet empio: ut si Titius vendat librum Caius vero poterit le dono accipere, nec donatio substitutus neque venditio. l. *Si ego ff. Derebus cred. ff. Si certum petatur*. Idem iuris est, si Titius vendat Caio domum. & Caius poterit le conductere: aut si ego pecuniam ribi do nem, tu vero quasi mutuan accipias. Veli si ego quasi deponens dederit, tu vero quasi mutuan accepis. Idem est, si tu quasi mutuan pecuniam accepis, ego quasi commodata offentandi gratia accepero.

Sed quid si Caius putans se emere vinum, emat acetum? Macellus, ut baletur in l. *In venditionibus. ff. De contrahen. empto*. dicebat emptionem substitutus quidem, sed empotem contra venditorem actionem empti, & venditi habete, ut rei emptæ vitium emendarer; quia eadem aiebat est vini, & aceti *utique*, id est, substantia, & solum est erratum in qualitate. At Vipianus in *eadem legi dict.* (Si ab initio fuit erratum, cum emebam, aliud pro alio venisse, ac proinde venditio nulla est:) cuius sententia est vera: quod enim ad humanos vius atinet, vinum, & acetum pro rebus habent substantia diuersis.

Ad